920

principali ex praemissis non completa compleq. Citatus ex nunc ut tunc
Recognoscens Nobilis Lucas Kulczycki Buczak sive eius posteri
Ad instantiam suprascriptorum Nobilium Siemaszow vel eorum Suc
corum Ad officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense
ex omni recessu suprascripto quoad respondendum sponte mediante
semper in primo citatorio termino tanquam peremptorio stare
iudicio parere respondere Damna Terrae statuta simplicibus
absq. corporali iuramento taxanda lucere Inscriptioni praesenti
satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur
seq. ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat
Eundem Terminum primum peremptorium ut et alios omnes
causae eiusdem Terminos semper peremptorios Vera infirmi
tate pro maiori Minorennitate Successorum legatione intra
vel extra regnum servitiis militaribus ac Munimentis Evictio
nem vel alijs quibuscunque dilationibus et legalibus impedimentis
non differendo ac quietationem producere ultra proximos officij
praefati Castrensis Premysliensis Terminos dilationem sibi non re
cipiendo Nullasq. Motiones appellationes ac causae prosequutiones
faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis
Evasionibus suspensoribus fatalijs iuris praescriptione Terrestri bello
Conventioneq. ac alijs omnibus iuris remedijs et defensis non subter
fugiendo nec aliquocunque modo eludendo Hac sua praesenti per
sonali recognitione ac praemissa mediante

Actum in Castro Premÿsliensi
14/x 1659 Feria Tertia pridie Festi Sanctae
Heduigis Electae Anno Domini
Millesimo Sexcentesimo Quinqua
gesimo Nono

Jaworski atq. Vstrzÿcki mutuo
Intercisam Robnt.

Comparentes personaliter coram officio et actis praesentibus Castren Capitanealibus Premysliens Generosi Samuel Jaworski ab Una et Vladislaus de Vnikow Vstrzycki olim Gnosi Joannis de eadem Vnikow Vstrzycki cum Gnosa Theodora de Niebrzybka primi Nuptus praefati olim Gnosi Joannis Vstrzycki secundarum Vero Nuptiarum Generosi Andreae Dwernicki Consorte legitima procreatus filius ab altera partibus et quidem praefatus Gnosus Vladislaus Vstrzycki suo et eiusdem Generosae Theodorae Dwernicka Matris sui Recognoscentis pro cuius ratihabitione cavet ac se praesentibus inscribit Nomine sani mentibus et corporibus existentes a Veris Debitis iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo Praesenti Vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi sibi mutuo et invicem vna pars alteri ac posteris vtriusque partis se cum Successoribus suis in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis pecuniarijs quibusvis habitis et habendis inscribunt et obligant quibus Interusiam certam inter se Recognoscentes et praefatam Gnosam Vstrzycka ratione certarum rerum et Conditionum in eadem Interusia contentarum de actu et data illius hic Premysliae Sabbatho ante festum Sanctae Hedwigis Electae proximo Anno praesenti confectam et conscriptam Manibus sui Recognoscentium proprijs atque certorum Amicorum eidem specificatorum subscriptam In omnibus et singulis eiusdem Interusiae Conditionibus punctis clausulis articulis Vadio liganentis generaliter vniversis firmiter tenere complere exequi ac inviolabiliter observare omnibusque et singulis illius Contentis tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit satisfacere Interusiam praefatam ad Inscriptionem praesentem roborationem et Inscriptionem praesentem roborationem ad Scriptam Interusiam Vnustim in toto referendo Idque sub Vadio Summae Mille Quingentorum florenorum polonicalium per partem parti cum Successoribus vtriusque partis ob noncompletionem contentorum Interusiae omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties erit eo solutandum succumbendo. Debebit praeter

922

memoratus Gnosus Vladislaus Ustrzycki Vnus Recognoscentium prout se
ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis
quibusvis pecuniarijs habitis et habendis pro nominato Gnoso Samueli Ja-
worski et ipsius posteris inscribit et obligat Praesentibus pro fatam
Gnosam Theodoram Dwernicka Matrem sui Recognoscentis vel in e-
ventu mortis Successores illius ad approbandam per ipsam Inscriptionem prae-
sentem roborationem vel similem suo pro interesse faciendam ad Acta quaevis
authentica Regni perpetua intra decursum Sese Septimanarum adducere et
personaliter statuere ab eaque vel eius Successoribus ut praemissa debite exequatur
efficere Itque sub alio simili et seorsivo Vadio Mille Quingentorum florenorum
polonicalium per eundem Gnosum Vladislaum Ustrzycki sive eius posteros prae-
fato Gnoso Samueli Jaworski aut eius Successoribus ob non Statutionem prae-
fatae Matris sui Recognoscentis pro tempore et loco superius expressis ad exe-
quenda praemissa ad soluendum succumbendo Pro quibus quidem Vadio vel
Vadijs modo praemisso ad soluendum succubitis ac re aliqua principali ex con-
tentis Interesse praefato cum completa compler Citata ex tunc memorata
pars Una praemissa non tenens sive illius posteri Ad instantiam alterius
partis praemissa Complentis sive ipsius Successorum Ad officium praesens Castrense
Capitaneale Premysliense ex tunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat
mediante semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare iuri
parere respondere Vadia Statuere Inscriptioni huic satisfacere ac
omnia indicetur pati debebit et tenebitur Seque ac suos Successores in et super
bonis suis generaliter omnibus ad eadem omnia inscribit et obligat Illum
primum Terminum peremptorium Vti et alios omnes exinde Consequentes Causae
eiusdem terminos semper peremptorios Vera infirmitate pro maiori mino-
rennitate Successorum legatione intra vel extra regnum servitio militari
ad munimenta ad Evictorem vel alijs quibusvis Dilationibus et lega-
libus impedimentis non differendo ad quietationem terrae ultra praevi-
mos officij praefati Castrensis Premysliensis dilationem sibi non recipiendo
do Nullitatis Motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac
praemissa omnia poenis singulis vel triplicatis Evasionibus suspensionibus
[illegible] Inscriptioni Terribello Conventione ac alijs quibusvis
iuris remedijs

iuris remedys et defensis non subterfugiendo Nec quovis alio modo eva
dendo Stante praesenti personali recognitione ad praemissa mediante

Nowosielecki M: Castellano Leopolien Cedit.

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitanealibus
Premysliensibus Generosus Michael Franciscus Nowosielecki sanus mente
et Corpore existens a terris Actibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusvis
proprys et competentibus recedendo Praesenti vero Castren Capitaneali
Premyslien iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus
ac bonis suis gnlr omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subij
ciendo palam libere publiceq per expressum recognovit. Quia ipse
de omni et integro iure suo infrascripto Nempe de summa Quadringen
torum florenorum polonicalium sibi Recognoscenti per Gnosum Stanislaum
a Grodowice Grodowski olim Mgnci Raphaelis de eadem Grodowice Gro
chowski Castellani Leopolien Filium super bonis suis proprys et haeredi
tarys villae certis sortibus Fredrowska dictis penes Dominum Lapide
am Illri et Mgnci Andreae Maximiliani Fredro Castellani Leopo
lien tunc Premyslien Consisten eidem vero Gnoso Stanislao Grodowski
post fata Gnosorum olim Ioannis et Pauli Fredrow Filiorum Mgnci
olim Ioannis de Pleszowice Fredro Castellani Premyslien sterilite
decessorum erga alios Consuccessores suos Iure divino et naturali
successione pro sorte et interesse ipsi devoluti Legitimeq seu in ea
modo obligatorio coram Actis officii praesentis inscripti et ad sol-
vendum assecurati Nec non de eadem ipsa Inscriptione obligato
ria officii praesentis in se de praemissa translatione bonisq ipsis sortium praefato
rum cum paratoribus eiusdem iuris praesentis cessi bonorumq suprascriptorum
Intromissione tuitione evictione et emundatione paratamq in hac
usq per se Recognoscentem continuata possessione Cum omni prae
missorum iure dominio proprietate competentiaq et praerogativa
quavis cumq omnibus et singulis iuris praesentis cessi inscriptionisq
praedictae originalis obligatoriae Conditionibus punctis clausulis articulis
Vadio ligamentis ac rebus gnlr omnibus Summaq quoq suprascripti et bo-
norum sortium praefatarum obligatarum utilitatibus fructibus proventibus

redditibus